VERITATES THEOLOGICÆ.

DE

Fine vltimo in Communi, & in Particulari, & de Actibus Humanis in Generali secundum se.

EX

Doctrina Primæ secundæ Sanctissimi Præceptoris

D. THOMÆ

Aquinatis Doctoris Angelici,

DEPROMPTÆ.

Et Cracouiæ in Ædibus Sanctissimæ Trinitatis Fratrum Sacri Ordinis Prædicatorum, Publico certamini expositæ.

Anno Domini, 1661. Mense Iulio. Die Hora 2. post merid.

Quarum obiectionibus curabit Satisfacere, Pr. Fr. HYACINTHVS ZYGMVNTOWIC, Sacræ Theologiæ Studens,

Præsidente R. P. Fre. GREGORIO BADOWIC, Sacræ Theologiæ & Studij Generalis Cracouiensis Ordinario Baccalaureo.

CRACOVIÆ,
In Officina Viduæ LVCÆ KVPISZ, S. R. M. Typog.



Pastorem Vigilans, Vigilantem, protege Pastor
Rectè vt commissas, pascere possit Oues.

Admodum Reuerendo Patri,

F. ALANO CHODOWSKI,

SACRÆ THEOLOGIÆ PRÆSENTATO, Priori Conuentus Cracouiensis.

AC

VICARIO CONTRATÆ MINORIS POLONIÆ ORDINIS PRÆDICATORVM, PATRI ET PATRONO COLENDISSIMO.

Fr. HYACINTHVS ZYGMVNTOVVIC, eiusdem Ordinis, Sacræ Theologiæ Studens, dicat, & consecrat.

VERITATES THEOLOGICAS in lucem prodeuntes, firmißimo dum vellem ponere in limine: Æquitas suasit, VERITAS iussit ac compulit, vt eas non nisi sub auspicio Tuo, publico exponerem certamini Admodum Rñde Patre Prior *ac Patrone Colendißime: Cuius enim vt verius fatear tutelæ conuenientius erant consecrandæ, si non eius apud quem Veritatis cumulus, Virtutes Veritatis, Vigilantia, Prudentia, Modestia, quasi in quodam relucent sacrario? An non eius erant deuouendæ patrocinio, vbi vigilantia hæreditario ac proprio Stemmate occupat locum? Quæ omnium aduersariorum ictibus vigilanter ac Sapienter porriget dextrâm. An non*

eius reddendæ gubernio, apud quem Prudentia in rebus gerendis quasi in speculo speculanda proponitur? Quæ prudenter omnium impugnantium veritatem tela eludet: Non mei hac in parte tenuitas ingenij, sed Tuæ præsentis Prælaturæ Status & conditio feret iudicium; Pastoralis dignitas, VERITATIS SCOPVS, Stemma tuum, vigilantiæ Signum, Prudentiæ inuiolabile specimen; iudicabunt. Dum Te tota Vniuersitas Conuentus Cracouiensis, Caput ac benignum Pastorem lætabunda fatetur voce. An non & iuremerito Tibi THEOLOGICÆ VERITATES consecrantur, Cum tales Veritatis radices in Te efformatæ clarescant? Hinc quam me felicem, cum huiusmodi VERITATES in tam firmißimo repono limine. Et sicut quondam Vigilanti gubernatore, Virtuoso Patrono, veritatis indefesso gaudebat Macedonia Defensore; Ita & ego hilari vultu Disputationum Publicarum inibo certamina. Tuo dum modo VERITATES THEOLOGICAS Veritatis sinu amplecti, Paternoq; vnâ mecum fouere ac prosequi affectu non dedigneris.

VERITATES THEOLOGICÆ. DE Fine vltimo in Communi.

I.

OMnes actiones hominis, quæ sunt propriè humanæ, prout scilicet, ex voluntate deliberata procedunt, & quarum homo est Dominus, sunt propter finem; & sic finem strictè dictum, vt est obiectum intentionis, esse adæquatum obiectum voluntatis dicimus.

II.

OMnia agentia necesse est agere propter finem, propriumq; est naturæ rationalis tendere in finem, qua si agendo & ducendo se in finem; naturæ verò irrationalis, quasi ab alio motæ.

III.

ACtus humanus consideratus vt actio, sumit speciem ex fine præconcepto, & vt est principium motiuum talis actus; consideratus vero vt passio, specificatur à fine habente rationem termini.

IV.

IN finibus essentialiter subordinatis, impossibile est procedere in infinitum, ac proinde necesse est ad aliquem vltimum deuenire finem; in finibus autem non essentialiter subordinatis sed per accidens, non inconuenit quod procedatur in infinitum.

V.

NOn potest vnus homo tendere, simul in duos fines totales & adæquatos nec sibi subordinatos, bene tamen si in vnum tendat efficaciter & absolute, in alium vero inefficaciter & secundum quid.

VI.

VLtimus finis peccatoris, non potest esse aggregatum omnium peccatorum, sed in omnibus suis peccatis, est ipsemet peccator.

VII.

IVstus peccans venialiter, habet pro fine absolutè & simpliciter vltimo tàm positiuè, quam negatiuè, solum DEVM vt est in seipso, in illumq; refert obiectum venialiter peccaminosũ, non actualiter, sed habitualiter.

VIII.

IN omnibus humanis actionibus, homo agit propter vltimum finem formalem, & in vniuersali, saltim virtualiter; vnde volitio boni in Communi, seu finis formalis, necessario debet præcedere tempore vel naturâ, volitionem boni particularis, vt in illa dicatur agere propter vltimum finem virtualiter.

IX.

NOn est necesse, quod omnis actus humanus, quatenus procedit ex directione hominis, sit propter vltimum finem, in particulari, qui est DEVS.

X.

VLtimus finis formaliter, non tamen materialiter sumptus, est vnus omnium hominum; in quo vltimo fine hominis, sumpto pro ipsa re, non vero sumpto pro adeptione seu consecutione illius rei, omnes aliæ conueniunt creaturæ.

De fine vltimo in particulari.

I.

BEatitudinem sumptam pro illo bono quod nos beatificat, non posse consistere in diuitijs, neq; in honore, neq; in fama seu gloria humana, neq; in potestate, neq; in bonis Corporis, neq; in voluptate, neq; in bono animæ, neq; in aliquo creato bono, cum omnibus asserimus scholis.

II. Obie-

II.

OBiectiua beatitudo essentialiter sumpta, non est aggregatum ex DEO & Creaturis, sed DEVS solus seclusis omnibus alijs, est obiectum specificans beatitudinem essentialem, consideratus tàm secundum essentialia & absoluta quæ in illo formaliter continentur, quàm secundum Relatiua & personalia.

III.

NOmine beatitudinis formalis, significatur consecutio, seu possessio maximi boni, quod potest desiderari ab eo subiecto quod dicitur beatum, seu quod potest perfectè satiare eius appetitum; & huiusmodi consecutio aut possessio, in quadam coniunctione cum summo bono consistit.

IV.

NVlla vnio DEI cum anima, incipit esse de nouo in Patria, secundum legem ordinariam & de facto, ac proinde nullus nouus illapsus DEI in substantiam animæ; Ideo beatitudo formalis non consistit in vnione quæ reperitur in Patria inter DEVM & substantiam animæ, mediante dono gratiæ habitualis, neq; in illapsu DEI in animam, sed in sola operatione actuali.

V.

HÆC autem operatio, in qua nostra beatitudo formalis consistit, non est ipsa increata operatio seu visio DEI, sed aliquid creatum, vnde & producitur efficienter ab ipso intellectu creato, qui habet ab ipsa formaliter esse beatum.

VI.

OPerationes sensus, non possunt pertinere essentialiter ad beatitudinem, bene tamen vel antecedenter, vel consequenter; Antecedenter loquendo de beatitudine imperfecta, scilicet viæ; Consequenter autem possunt pertinere ad beatitudinem Patriæ, post reunionem animæ ad Corpus.

VII.

BEatitudo essentialiter non consistit in operatione intellectus, & volun-

luntatis simul, ita, vt vtrumq; in recto ingrediatur essentialiter rationem beatitudinis; neq; in delectatione; sed consistit tantum in operatione Intellectus, connotando actum voluntatis.

VIII.

PErfectam hominis beatitudinem, quæ expectatur in futura vita, magis consistere in operatione speculatiui intellectus quam practici; Imperfectam vero qualis hic haberi potest, primò quidem & principaliter in contemplatione, secundariò vero in operatione practici intellectus, dicimus.

IX.

NEquê etiam hæc perfecta beatitudo, in consideratione scientiarum, speculatiuarum, & in cognitione seu contemplatione substantiarũ separatarum, benè tamen imperfecta & participata, sed tantum in visione diuinæ essentiæ, essentialiter consistere potest; verum ad hanc visionem nullus datur in homine appetitus innatus.

X.

DElectatio requiritur ad beatitudinem, non vt quid antecedens seu præambulum, neq; vt quid perficiens, neq; vt quid extrinsecus coadiuuans, sed sicut aliquid concomitans, sicut v. g. calor ad ignem.

XI.

STante visione beatifica, non potest beatus cessare ab actu amoris, delectationis & fruitionis, sed necessario tàm quo ad specificationem, quàm quo ad exercitium illos actus producit, & nullo modo liberè; Neq; de potentia Dei absoluta id fieri posse, tenemus; & principaliorem visionem quam delectationem in beatitudine esse dicimus.

XII.

COmprehensio, sumpta pro tensione rei seu consecutione præsentiali obiecti, est in beatitudine; sumpta vero pro inclusione comprehensi in comprehendente, non est in beatitudine, quia à nullo intellectu creato Devs, hoc potest comprehendi modo.

XIII.

Recti-

RЕctitudo voluntatis requiritur ad beatitudinem, & Antecedenter, & Concomitanter; de potentia tamen DEI absoluta, non implicat dari beatitudinem, absq; præuia voluntatis rectitudine.

XIV.

BEati ab intrinseco ratione status beatitudinis, sunt impeccabiles, ac proinde rectitudo voluntatis est in eis, non ex aliquo extrinseco tantum, sed ex natura eorum, in statu beatitudinis.

XV.

AD imperfectam beatitudinem quæ habetur in hac vita, necessario requiritur corpus; ad perfectam vero, quæ erit in Patria, & quæ in visione DEI essentialiter consistit minime requiritur de necessitate corpus; & sic animas iustorum sufficienter purgatas, ante corporum resurrectionem, beatitudinem essentialem consequi, esse de fide asserimus.

XVI.

AD hanc etiam imperfectam beatitudinem, exteriora requirũtur bona, non quasi de essentia beatitudinis existentia, sed quasi instrumẽtaliter deseruientia beatitudini, quæ consistit in operatione virtutis; immo & societas requiritur amicorum; non tamen ad perfectam.

XVII.

HÆc autem perfecta & vera beatitudo, non potest haberi in hac vita, bene tamen aliqualis beatitudinis participatio; verum non implicat purum hominem in hâc vita fieri beatum beatitudine perfecta & habitualiter de potentia DEI absoluta.

XVIII.

BEatitudo viæ & imperfecta potest amitti, non tamen beatitudo perfecta Patriæ; sicut per facultatem naturalem, siue per sua naturalia, beatitudo imperfecta & huius vitæ; perfecta tamen, & alterius vitæ non potest acquiri ab homine, vel ab aliqua alia Creatura.

XIX.

IMpossibile est, quod per actionem alicuius Creaturæ, homini perfecta conferatur beatitudo, sed homo fit beatus solo DEO agente; sed tamen

men nulla pura creatura poteſt conſequi conuenienter beatitudinem abſquè bonis operibus.

XX.

LOquendo de beatitudine, ſecundùm communem rationem illius, neceſſe eſt, quòd omnis homo velit beatitudinem, loquendo autem ſecundùm ſpecialem rationem beatitudinis, quantùm ad id in quo beatitudo conſiſtit, ſic non omnes eam volunt.

De Actibus humanis.

I.

OPtimè definitur voluntarium per hoc, quòd ſit operatio procedens à principio intrinſeco cum cognitione finis; quapropter Ratio voluntarij ſimpliciter & propriè dicti, in omni & ſolo agentē per cognitionem reperitur.

II.

VOluntarium quod in hominibus reperitur, habet perfectiorem rationem voluntarij, quàm quod reperitur in pueris, brutis & amentibus; & ſic quicunq; actus voluntatis ſiue liber ſit ſiue neceſſarius, eſt eſſentialiter & quidditatiuè voluntarius.

III.

VT aliqua omiſſio imputetur ad culpam, neceſſariò debent concurrere hæ tres conditiones, quòd poſſit quis facere, & teneatur, & non faciat, & ad hoc vt effectus ſecutus ad omiſſionem ſit voluntarius, neceſſariò requiritur præceptum & obligatio.

IV.

NON poteſt inferri voluntati violentia, quantùm ad eius proprium actum; & ſic licet DEVS ante omnem præſcientiam conditionatam prædeterminauit ab æterno, abſoluto & efficaci ſuæ voluntatis decreto, omnes actus bonos in particulari, & in tempore moueat & applicet voluntatem efficienter ad tales actus, ita vt ex vi motionis diuinæ, infallibiliter ſequantur, nulla infertur violentia voluntati.

V.

VOluntas poteſt pati violentiam quantùm ad actus imperatos aliarū potentiarum, tàm in exercitio, vt ſi fiat actus quem voluntas vellet non fieri; quàm in ceſſatione, vt ſi non fiat actus quem vellet fieri; vnde violentia ſimpliciter poteſt cauſare inuoluntarium.

VI.

EA quæ per metum aguntur, mixta ſunt ex voluntario & inuoluntario, ſunt tamen ſimpliciter voluntaria, & ſecundùm quid inuoluntaria, & magis voluntaria quàm inuoluntaria.

VII.

IGnorantia Antecedens cauſat inuoluntarium ſimpliciter, conſequens autem ſecundùm quid; & concomitans, non cauſat inuoluntarium, ſed facit illud.

VIII.

COnſideratio Circumſtantiarum actuum humanorum, quæ accidētia eorum dicenda ſunt, pertinet ad Theologum; & hæ numerantur Septem. Quis, Quid, Vbi, Quibus auxilijs, Cur, Quomodo, Quando.

IX.

VOluntas non poteſt velle & amare malum cognitum & iudicatum ab intellectu vt malum, nec poteſt nolle ſeu odio habere bonum vt bonum; nec poteſt producere actum neutrum, qui nec ſit finis neque medij, ſi finis & medium conſiderentur in actu exercito.

X.

FInis & medium aliquando vnico actu, aliquando pluribus actibus appetuntur à voluntate; & quando voluntas vult vnico actu medium propter finem, ſufficit quòd per electionem ſolùm attingat medium actualiter, & virtualiter finem.

XI.

INtellectus non habet per ſe virtutem mouendi effectiuè voluntatem ad operandum, ſed ſolùm eam mouet in genere Cauſæ finalis vel obiectiuæ ſeu formalis.

XII.

VOluntas mouetur ab Appetitu sensitiuo ex parte obiecti; Appetitus verò sensitiuus non potest mouere voluntatem nisi medio iudicio sensûs & intellectûs; nec Appetitum sensitiuum potest mouere voluntas sine præuio iudicio intellectûs, & sine præuio iudicio sensûs.

XIII.

IN omni operatione libera voluntas, siue sit circa finem, siue circa media, semper se mouet Physicè, & in ea volitione quâ vult finem non se mouet moraliter.

XIV.

IMpossibile est etiam de potentia absoluta, quòd voluntas moueatur directè quo ad exercitium ab aliqua Creatura, velut à principali Causa, benè tamen instrumentaliter; & quo ad specificationem actûs potest moueri à corporibus cælestibus, non tamen quò ad exercitium actus per se.

XV.

HÆC voluntas naturaliter mouetur in bonum Vniuersale, in vltimũ finem; & in omnia ea quæ naturaliter conueniunt voluntati, vt sunt esse, viuere &c.

XVI.

DE fide tenendum est quod stante aduertentia & vsu Rationis, nulla potest esse ita vehemens passio vt voluntatem superet.

XVII.

FRuitio quæ est actus potentiæ appetitiuæ, creaturæ rationali secundùm perfectam, brutis verò secundùm imperfectam conuenit rationem; vnde obiectum propriæ & ordinatæ fruitionis immediatum, non potest esse aliqua creatura, sed tantum ipse DEVS, vt visus.

XVIII.

FRuitio perfecta est finis iam habiti realiter, fruitio vero imperfecta est finis, non habiti realiter, habiti tamen in intentione & spe.

XIX. In-

XIX.

INtentio, quæ est propriè actus voluntatis, etsi semper sit finis, non tamen opportet vt sit semper vltimi finis; & sic bruta intendunt finem non propriè sed impropriè.

XX.

ELectio est actus appetitûs seu voluntatis, præsupponens consultationem intellectûs, nullomodo brutis animalibus conueniens, sub se finem in quantum huiusmodi non suscipiens, nec DEVM clarè visum in Patria, Cui honor & gloria in sæcula sæculorum.

Diurnale Parisiense Ordinis Praedicat. Anno 1595. de Festo SS. Rosarij ad Hymnum ad Vesperas.

Jubilemus exultantes
Virginis Encomijs,
Laudem laude cumulantes
Precibus Rosarij
De dracone triumphante
Eius Patrocinijs.
Rosa Rubo defloratur
Antiquae propaginis.
Flos de Rosa propagatur
Radix novae originis.
Spina cuius vulneratur
Vulnerator germinis.
Laus tibi Regina, quae pios coronas
Triumphalis sertis lilijs, et Rosis.
Amen

+

Cassinae 1654

Pro defunctis die lunae ante 2. dominicam Quadragesimae. Hungh. 2.

Multa flagella peccatoris, sperantem
autem in Domino misericordia circumdabit. 1. Genus flagellorum quod divi-
na iustitia in peccatores animadvertit est aeternalis quod natura talis
est ut si semel inceperit nunquam cesset sed semper saeviat in peccato-
res. Istud genus Isai. Proph. c. 28. appellat flagellum inundans, id est fla-
gellum quod per omnem aeternitatem diluvium omnium malorum
et miseriarum super peccatores inducit et innumerabilibus tormentis et
inexplicabilibus miseriis ac cruciatibus obruit animas, a Luciferi, Cai-
ni, Judae, Sardanapali, Caroli, Luteri, Calvini, Simonis, Juliani Apostatae
et Antichristi. Flagellum est horrendum. 2. Genus flagellorum tempo-
rale est quales sunt tribulationes, persecutiones, adversitates, praesentis
huius saeculi sunt quae per infirmitates, paupertates et alia divina iusti-
tia in nobis exequuntur sententiam, quae si a deo patienter tolerantur ait
S. Doctor et P. N. Augustinus non sunt flagella sed beneficia. Quia quem
diligit Deus castigat. Ita Joannes de Puteo... et Sanctis. Virgas
et flagella cum gratulatione diversis... illis... discipulis ita tenet Pater
ut non extendant se ad virginitatem manus suas. 3. Genus flagellorum
est partim vel mortale sunt, sunt Purgatorii poenae ac supplicia quibus divi-
na iustitia post mortem animas illas quae quidem in dei desesserunt gratia sed
ad coelum statim possunt... omnibus maculis per dei offensam contractis
sint purgatae flagellat et cruciat. Flagellum hoc quidem est flagellum dolo-
rosissimum et poenosissimum, sunt flammae flagellum hoc tanta acerbitate ac dolo-
re plenum, tam efficax et penetrabile, ut omnia saeculi huius tormen-
ta illis comparata... respectu illius non flagella, non cruciatus, non tormen-
ta sed gratiae ac blanditiae videantur. S. Cyrillus... Ignis Purgatorii et
infernus sola duratione differunt eodem igne cruciantur damnati et purgan-
tur electi. Et S. N. P. Augustinus: Nunquam in saeculo tanta sunt... sicut ... [illegible]
na, licet mirabilia passi sunt Martyres tormenta. Excedit omnes poenas
quas aliquis in hac vita passus est. Et tali poenis animae habent vivam fla-
mmam et lucentem... Cantic. ...

S. Brigitta Revelat. l. 4. cap. 10. Nulla est poena in igne Purgatorii quae gravior
sit... ad forte... quam aliter esset. Et l. 1. cap. 9. ...
... cum dilecto suo colloquentem talem

Ego

+

Christi, quia misericordiam ejus ante consecuta sum, ideo misericordiam et
auxilium peto miseris. In purgatorio indigent triplici misericordia, quia tripli-
citer affliguntur, turbantur auditu quia nihil audiunt nisi poenas et miserias,
affliguntur visu quia nihil vident nisi miserias, item affliguntur tactu, quia
sentiunt calorem ignis intolerabilis et gravis poenae. Da eis Domine et Jesu mi [illegible]
misericordias tuas propter preces meas. Cui respondit dulcissimus Jesus: Liben-
ter dabo eis propter te triplicem misericordiam. Primo auditus eorum allevia-
bitur. Visus purgabitur, poena remissior et mitior erit. Insuper quicunque sub
ista hora sunt in summa poena purgatorii venient ad mediam, et qui sunt in
media venient ad levissimam, qui autem in levissima poena sunt transibunt ad
regnum aeternae felicitatis et beatitudinis. Amen. Anno 1664 die 31. Martii

Pro defunctis die lunae post Dominicam Passionis. Exhortatio ad Confr. [illegible]
S. Doctor gentium vas electionis Apost. Paulus recommendans omnibus Christi-
colis mutuam charitatem usus est hac similitudine Epist. ad Ephes. cap. 4. vers. 25.
Unum corpus et unus spiritus quoniam sumus invicem membra. Sicut ergo cum laesum
est membrum quoddam corporis nostri, alia quoque membra sentiunt et ei compa-
tiuntur, satagunt quantum illis possibile est necessarium ei suppeditare auxi-
lium et succursum. Ita verus Christianus dum videt proximum suum centum
et mille immensurabilibus tribulationibus, impossibile est ut ejusdem magnum
non perciperet dolorem. Dicit S. Apost. 2 Cor. cap. 11. vers. 29. Quis infirma-
tur et ego non uror. ~~et S. Script. [illegible] fol. 118. [illegible]~~ S. [illegible] fol.
118. lec. 7. Quia dum unum membrum patitur caetera membra compa-
tiuntur. Et quid sunt animae defunctorum in poenis purgatorii constitutae,
nonne sunt membra de membris nostris et [illegible]
ne nostra, sunt illi Patres, Fratres, [illegible], amici, consangui-
nei et clam illa patiuntur tormenta, nonne et nos nunc oportet illis
compati.

S. Chrysost. ait: Quemadmodum [illegible] si pes vulnus accipiat, reliqui declinamus caput
inclinantes, caput inclinatur, quando pes infirmatur; ita dum unum mem-
brum [illegible] proximus labitur in peccatum aut aliquod [illegible] et alio membro [illegible]
proximus vel amicus cruciatur. [illegible] Rom. 3. [illegible] Epist. 1. ad Corinth.
Num. cap. ~~[illegible]~~ 35. Scriptura sacra refert quod omnipotens et misericors
Deus distributis 12 tribubus sex civitates refugii ad quas confugere possent
rei et malefactores praecepit assignari Levitis [illegible] [illegible] religiosis
[illegible] [illegible] oppidis quae Levitis dabantur sex erant [illegible]
separatae, ut fugiat ad ea qui fuderit sanguinem.

+

Obstupescebat Magnus Theodoricus [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] quod Laicis cum rebellis [illegible] quod Laicos [illegible] cum
Sacerdotibus: quod Spiritus cum Carne: quod [illegible] respublica [illegible] est
causa quia Dolebat [illegible] Rex [illegible] nobis significare quod [illegible] in
Civitatibus illis [illegible] malis Laicis Clericos [illegible] [illegible]
libere possent in [illegible] et scelestos redarguere et corripere [illegible] quod
ipsi [illegible] [illegible] scelerum [illegible]. Deputantur Laicis Civitatum
[illegible] [illegible] [illegible] quam aliquid facere poterit, illos libertate
qua docet Lex Dei corripiendi [illegible] ad liberandum [illegible] et [illegible]
[illegible] [illegible] Rom. [illegible] [illegible] applicandus Civitatibus [illegible]
[illegible] [illegible] et ad [illegible] [illegible]. et [illegible] [illegible]
clero et ad [illegible] defensionem [illegible] ad nostra membra
Refert S. Petrus Damiani Cardin. Opusc. 34 Cap. 3. quod [illegible] [illegible] Rom.
[illegible] Romae [illegible] [illegible] clericatum [illegible] [illegible]
clero [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
quod [illegible] [illegible] agerent. [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
clero per intercessionem [illegible] [illegible] est [illegible]
[illegible] totius Romanae plebis excedet. [illegible]
in urbe Romana [illegible] quasi [illegible] capitum [illegible]
[illegible] obligatur ad [illegible] [illegible] esse [illegible]
[illegible] plus quam [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] MARIAM [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] omnes [illegible] [illegible] observantia [illegible]
[illegible] vide [illegible] S. Ephrem [illegible] B. V. quod sit Reservatum
[illegible] Coelestis Paradisi.

Psalm. 30. Esto mihi in Deum protectorem et in domum refugii ut salvum me facias.

[illegible] [illegible] Patres [illegible] [illegible] 1. [illegible] [illegible]
[illegible] 2. Prudentia Reges Imperatores Senatus et Principes duces
[illegible] 3. Scientia [illegible] Philosophi Theologi [illegible]
[illegible] 4. Sapientia [illegible] [illegible] Religiosi [illegible]
[illegible] 5. Intelligentia [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] sapientia [illegible] prudentia
[illegible] admirabatur